

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**De Lingvae Chaldaicae Vsv In Nominibvs
Praenominibvsqve Vvlgaribvs explicandis**

**Hasse, Johann Gottfried Hasse, Johann Gottfried
Regiomonti, [1798?]**

VD18 1352853X

§. 6. Maria.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9826

faciunt omissa littera spirante **נ** et terminatione Masculina addita **וְיַעֲמֵד**
) Latini **נ in **ה** mutato, Iohannes ***).

§. 5.

Margaretha.

Hanc vocem significare *unione* vel ex Graeco μαργαρίτης et Latino Margarita constat. Sed etymon vocis mere chaldaicum est. Ibi enim pro quo scribitur רִגָּל et רִגָּר est *explorare*, ergo in Particip. Aphel s. Hiphil מַרְגָּל et מַרְגָּר explorans, vnde fem. מַרְגָּרִית *qui et quae* exploratur (Aphel enim saepius passiuam significationem habet) cum נ emphatico, מַרְגָּרִיתָ *vnio*, ab explorando et expiscando dicta. Margaretha igitur est, quae *vnionis* pretium habet.

[*Magdalena* est proprie cognomen Mariae Magdala vico Palæstinae oriundae (Ioh. XVIII, 15. XX, 1.) adeoque hebraicae originis, non chaldaicae, addita graeca terminatione adiectui *ηνος* in Fem. — Si hodie nominis loco habetur, ne vana sit vox, a נָגָל et נָגָל s. *magnitudine* repetenda erit.]

§. 6.

Maria.

Hoc nomine et si nihil apud nos visitatius, tamen aequi in cognitione esse videtur illis, qui id gerunt, atque iis, qui efferunt. Si

**) Hoc nomen a Chaldaeis et Iudeis corruptum esse in רִגָּס, vnde Iannes et Iambres 2 Timoth. III, 8. Num. XXII, 22. docet Buxtorf 1. 1.

***) Iohanna nomen feminae est a Graecis factum ex Ιωαννη in Fem., Ιωαννη vnde Latini dixerunt Iohanna, eadem significatione.

**) Chaldaicum vulgare nomen מַרְגָּלִית et מַרְגָּלִתָּה est (v. Buxtorf 1. c. p. 1290.) sed בְּ et רְ saepius permutantur, ut pro בְּן est בְּרִי.



accurate indagetur, est a Chaldaico מִרְאָה dominari, vnde particip. Pacl (Hebr. Poel) מִרְאָה dominans, dominus Dan. V, 23. (etiam מִרְאָה et Syror. מִרְאָה מִרְאָה מִרְאָה) ex quo feminin. נָמָרָה *domina*, quod scribitur graece μαρτία *).

[Ergo vulgo notum illud et nostratis potissimum usitatum „eine Mariell“, nihil aliud est, quam diminutiu[m] „Maria“, ut latini magistrum diminuunt in magistellum, puerum in pueram, significatque virginem, vel pueram. Qui ex lingua Lithuanica repetunt, vocem non explicant, sed tantum probant, apud Lithuanos Diminutiu[m] eodem fere modo effici, ut apud Latinos.]

§. 7.

Mariana et Martha.

A nomine Mariae paullulum differt *Mariana*. Est enim Mariae vox diducta per terminationem ח Chaldaeis valde usitatam (v. g. מִרְאָה) מִרְאָה addita syllaba feminina נ vnde efficitur נָמָרָה Graece Μαρτία significatione ideo non mutata. Idem valet de *Martha*, quae est Forma Feminina eaque mere chaldaica מֶרֶת s. domini. Ut enim a filius fit apud chald. in fem. בָּרָת in stat. Emphat. בָּרָתָא filia; ita a מֶרֶת domina.

Haec hactenus: De reliquis: *Matthaeus*, *Matthias*, *Nathanael*, *Raphael*, *Sabina*, *Susanna*, *Tobias*, *Thomas* etc. alio loco ac tempore. Ex iis enim, quae dicta sunt, patere arbitror magnam linguae chaldaicae in Nominibus Praenominibusque expli candis vim et utilitatem esse.

The-

*) Idem nomen hebraice effertur מַרְיָם Ex. XV, 20. filia Amram, soror Mosis; modo pro נ feminino sumatur esse terminationem non suffici, sed augmenti finalis ו. Hinc explicanda est scriptura מגוועה Iac. I, 27. 34. etc. Hoc autem per amaritudinem (a מֶרֶת) interpretari, ut Castellus in Lexic. Heptagl. p. 2129. fecit, vix ignoscendum est Viro litterarum Orientalium facile principi.

